



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 38. Pseudo-Concilii Ephesini Initium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Seculum V.
A.C. 449. hujus Epistolæ tempus nullibi amplius hujus Sancti Viri mentio occurrit, cui Sermonis elegantia Chrysologi, id est, oris aurei, Nomen peperit. Centum septuaginta sex Sermones, & plerosque in SS. Evangelia ab ipso habemus. Ecclesia secunda die Dec. ipsius memoriam colit. (*)

Martyr. R.
2. Dec.

§. XXXVIII.

Pseudo-Concilio Ephesini initium.

Conc. Calc.
Act. 1. p. 115. Concilium Ephesinum, ab Imperatore ad primam Aug. convocatum, octavo ejusdem Mensis, id est, secundum Romanos

que pro Bona fide Fleurii, ejusmodi textus excerptis, testimonium!

(*) Die letzten Zeilen dieses Abschnittes hat der Uebersetzer ausgelassen, und davor eine Anmerkung hingeschrieben. Er setzt sich auf seinen Nichtersüß, und spricht: Die Gedanken des Heil. Petrus Chrysologus in seinen Schriften wären edel, und die Worte, damit er sie ausgedrückt, auserlesen. Inzwischen glaubten doch nicht alle, daß er damit den Namen eines Chrysologi verdienet habe. Das auserlesenste für unsern Uebersetzer, in den Schriften des Heil. Petrus, ist das Zeugniß, welches er hier giebet, daß er über Glaubenssachen ohne Gemeinschaft mit dem Bischof zu Rom zu urtheilen sich nicht getraue. Das wäre eine notwendige Anmerkung gewesen für einen Protestant, der aus Liebe zur Wahrheit die Geschichte des Herrn Fleury übersetzt hätte.

manos sexto Idus Aug. secundum Ægy. Sæculum V.
 ptios decima quinta *Mesori*, Indictione A.C. 449.
 tertia, post Consulatum Zenonis, & Post-
 humiani, nempe anno 449. primo con-
 gregatum est. Episcopi in eodem loco
 confederunt, quo Concilium Ephesinum
 primum actum est, in Ecclesia, quæ Maria
 dicebatur. Episcopi centum triginta ex
 Provinciis, Ægypti, Orientis, Asiæ, Pon-
 ti, & Thraciæ adfuere. Dioscorus Ale-
 xandrinus, sicut Imperator mandaverat, *Evag. I. hist.*
 primum locum occupabat. Tunc nomi- *c. 10. Brevic.*
 natur Julius, S. Leonis Papæ vices gerens, *hist. Eutich.*
 ita enim hoc nomen juxta meliora exem- *tom. 4. Conc.*
 pla latina, & antiquos Historiæ Scripto- *p. 1079.*
 res, non autem Julianus, legendum est. *Prosop. Chro.*
 Is nempe est Julius Puteolonanus, quem *Ap. & Prot.*
 Papa miserat. Hunc sequuntur Nomina *Coff. p. 53.*
 Juvenalis Jerosolymitani, Domni Antio- *vid. Quesn.*
 cheni, Flaviani Constantinopolitani, cui *not. 39. ad*
 itaque locus quintus obtigit, quod esset in- *epist. 24. S.*
 ter Patriarchas novissimus. (*) Post quin- *Leon. & Ba-*
 que Patriarchas leguntur Exarchæ, & Me- *luz. Præf. in*
 tropolitæ, vel eorum Vicarii, scilicet Ste- *Conc. Calc.*
 phanus Ephesius. Thalassius Cæsarien- *n. 30. 31.*
 sis in Cappadocia. Eusebius Ancyranus
 in

(*) Non placet causa, a Fleurio allata, ideo
 Flaviano quintum locum obtigisse, quod esset in-
 ter Patriarchas novissimus, sed potius, id Diosco-
 ri, aliorumque inimicorum ejus artibus factum
 existimarem. Interim Orientales exemplum no-
 bis

Sæculum V. in Galatia, Joannes Sebaltenus in Arme-
A.C. 449. nia. Cyrus Aphrodisiadenus in Caria,
 Erasistratus Corinthi. Quintillus Hera-
 cleensis loco Anastasi Theffalonicensis.
 Aliique, qui in Actis reperiri possunt.
 Post Episcoporum nomina veniunt Pres-
 byteri; primus eorum est Abbas Barlu-
 mas, tum quatuor ab Episcopis absentibus
 Delegati; tandem omnium ultimi,
 Diaconus Hilarius, & Notarius
 Dulcitus Papæ Legati. De Presbytero
 Renato nulla mentio, quia in via,
 nempe in Insula Delos, diem oppetiit.
 Eutyches quoque Ephesi erat; nec
 votum ex suo Monasterio non egredien-
 di, nec gravis Senectus, nec corporis in-
 firmitates ipsum ab hac profectioe retar-
 daverant.

Joannes, Presbyter, & Notariorum
Conc. Calc. Primicerius verosimiliter Ecclesiæ Ale-
Act. 19. p. xandrinæ, Promotoris officium obiit, quo
 101. Petrus, Presbyter, in Concilio Ephesino
Sup. XXV. primo functus fuerat. Is ubi convocati
 9. 37. Concilii causas summatim retulit, jubente
 Dioscoro, prælegit Imperatoris Episto-
 lam,

bis suppeditant, ipsos Decretum suum Concilii
 Constantinopolitani, quo Episcopo Constantino-
 politano primum locum post Romanum tribue-
 bant, non observasse. Hic etiam notari mere-
 tur, Juvenalem Jerosolymitanum Domino Antio-
 cheno fuisse prælatum.

lam, qua Synodus convocabatur. Tum ^{Sæculum V.} Julius, Episcopus, Papæ Legatus, dixit: ^{A.C. 449.}

S. Papa Noster, Leo, simili Epistola vocatus est. Quia latino Sermone utebatur, Florentius, Episcopus Lydesenus, loquentis verba interpretabatur. Diaconus Hilarus, ejusdem Interpretis opera, addidit: Imperator noster Christianissimus per Litteras suas Beatum Episcopum nostrum Leonem vocavit, ut Sancto Concilio interesset, & Sua Sanctitas venisset, nisi factum exemplo careret. Sed scitis, Papam nec Concilio Nicæno, nec Ephesino, nec cuiquam alii simili adfuisse; itaque huc nos misit, ut Ipsius vices ageremus; concedidit nobis Epistolas, ad vos directas, quas ut prælegi jubeatis, rogamus. Dioscorus dixit: accipiantur litteræ, quas ad S. Concilium Oecumenicum Sanctissimus Frater noster Leo dedit; at vero, harum lectione omissa, Joannes Presbyter aliam epistolam, ab Imperatore ad Dioscorum datam, legendam proposuit, quod ut fieret, Juvenalis Jerosolymitanus jussit. Erat vero illa epistola, qua præcipiebatur, ut Barsumas Concilio interesset. Juvenalis dixit: simile mandatum de Barsuma accepi; æquum igitur est, ut in Concilio adsit. Comes Elpidius deinde Imperatoris mandata, sibi, & Tribuno Eulogio commissa legit, jussitque legi epistolam Imperatoris ad Concilium directam,

p. 122.

S. Leonis
epistola non
legitur.

p. 126.

p. 127.

Sæculum V. A. C. 440. *ctam, qua Flavianus jurgia de Fidei materia Eutychi movisse accusabatur.*

His lectis, Thalassius, Episcopus Casariensis, dixit, juxta Imperatoris voluntatem, in ista epistola indicatam, missis omnibus aliis, a Quæstione Fidei esse incipiendum. Julius Episcopus, Papæ Legatus, annuit. Dioscorus dixit: *Non in hunc finem convenimus, ut Fidem, dudum a Patribus nostris explicatam, rursus exponeremus, sed ut examinemus, an novæ opiniones Patrum Decisionibus conformes sint. Ergo ab hac discussione initium ducamus. An Fidem Patrum vestrorum relinquere vultis?* Concilium dixit: *si quis in Fide Patrum quidquam mutet, Anathema sit! si quis aliquid adjiciat, Anathema sit! Patrum Nostrorum Fidem servemus!* plures ejusmodi in laudes Dioscori plausus secuti. Tum Comes Elpidius dixit: *Cum de Fide consentiatis, jubete, ut introducatur Archimandrita Eutyches, qui hujus Conventus causa est, & suam Sententiam vobis explicet.* Annuit Concilium, atque ingressum, Thalassius Casariensis, ut causam suam defenderet, invitavit.

p. 131.

§. XXXIX.

Eutycheis Libellus.

Eutyches dixit: *Commendo me Patri, & Filio & Spiritui S. & Vestræ Justitiæ.*
Ves